



**CORPUS THOMISTICUM**

**<http://www.corpusthomisticum.org/oap.html>**

Textum Leoninum Romae 1970 editum ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit.

**SANCTI THOMAE DE AQUINO.**

**LIBER DE PERFECTIONE SPIRITUALIS VITAE.**

**Prooemium.**

**Quae sit auctoris intentio.**

Quoniam quidam perfectionis ignari, de perfectionis statu vana quaedam dicere praesumpserunt, propositum nostrae intentionis est de perfectione tractare: quid sit esse perfectum, qualiter perfectio acquiratur, quis perfectionis status, et quae competant assummentibus perfectionis statum.

**Caput 1**

**Quod perfectio spiritualis vitae simpliciter attenditur secundum caritatem**

Primum igitur considerare oportet, quod perfectum multipliciter dicitur. Est enim aliquid simpliciter perfectum; aliquid vero dicitur perfectum secundum quid. Simpliciter quidem perfectum est quod attingit ad finem eius quod ei competit secundum propriam rationem; secundum quid autem perfectum dici potest quod attingit ad finem alicuius eorum quae concomitantur propriam rationem: sicut animal simpliciter dicitur esse perfectum, quando ad hunc finem perducitur ut nihil ei desit ex his quae integritatem animalis vitae constituunt: puta cum nihil ei deficit ex numero et

**AQUINATE**

**<http://www.aquinate.net/traduções.html>**

Texto Leonino de Roma editado em 1970 e transferido automaticamente por Roberto Busa SJ em fitas magnéticas e de novo revisto e ordenado por Enrique Alarcón.

**SANTO TOMÁS DE AQUINO.**

**LIVRO SOBRE A PERFEIÇÃO DA VIDA ESPIRITUAL.**

**Introdução.**

**Qual é a intenção do autor.**

Porque alguns, por ignorarem a perfeição, presunçosamente diriam algo vão do estado de perfeição, o propósito de nossa intenção é tratar da perfeição: o que é ser perfeito, como se adquire a perfeição, qual é o estado de perfeição e o que compete aos que assumem o estado de perfeição.

**Capítulo 1**

**A perfeição da vida espiritual se obtém essencialmente segundo a caridade.**

Primeiro é preciso considerar que perfeito tem múltiplos sentidos. Diz-se que algo é perfeito de modo absoluto; diz-se, de fato, que algo é perfeito, de modo relativo. O perfeito absoluto é o que atinge o fim que lhe convém, segundo a própria natureza; mas o perfeito relativo, pode-se dizer que atinge o fim de algumas coisas que são concomitantes à sua própria natureza: diz-se, por exemplo, que um animal é absolutamente perfeito, quando conduzido a seu fim, enquanto nada lhe falta do que constitui a integridade da vida animal: por exemplo, nada lhe falta quanto ao

dispositione membrorum, et debita corporis quantitate, et virtutibus quibus operationes animalis vitae perficiuntur; secundum quid autem perfectum animal potest dici si sit perfectum in aliquo concomitanti, puta si sit perfectum in albedine, aut in odore, aut in aliquo huiusmodi. Sic igitur et in spirituali vita simpliciter quidem homo perfectus dicitur ratione eius in quo principaliter spiritualis vita consistit; sed secundum quid perfectus dici potest ratione cuiuscumque quod spirituali vitae adiungitur. Consistit autem principaliter spiritualis vita in caritate: quam qui non habet, nihil esse spiritualiter reputatur: unde apostolus I Cor. XIII, 2, dicit: *si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.* Beatus etiam Ioannes apostolus totam spiritualem vitam in dilectione consistere asserit, dicens I Ioan. III, 14: *nos scimus quoniam translati sumus de morte in vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.* Simpliciter igitur in spirituali vita perfectus est qui est in caritate perfectus; secundum quid autem perfectus dici potest, secundum quodcumque quod spirituali vitae adiungitur: quod evidenter ex verbis sacrae Scripturae ostendi potest. Apostolus enim ad Col. III, 14, perfectionem principaliter caritati attribuit: enumeratis enim multis virtutibus, scilicet misericordia, benignitate humilitate, etc., subdit: *super omnia haec caritatem habete, quae est vinculum perfectionis.* Sed et secundum intellectus cognitionem aliqui dicuntur esse perfecti. Dicit enim idem apostolus, I ad Cor. XIV 20: *malitia parvuli estote; sensibus autem perfecti:* et alibi in eadem epistola (cap. I, 10): *sitis perfecti in eodem sensu et in eadem scientia:* cum tamen, sicut dictum est, quantumcumque quis

número e disposição dos membros, quanto à quantidade devida ao corpo, às capacidades pelas quais realizam as operações da vida animal; mas pode-se dizer que o animal é relativamente perfeito se apenas alcança alguma perfeição concomitante, como a perfeição na brancura ou no olfato ou em coisas semelhantes. Assim, portanto, considera-se o homem absolutamente perfeito na vida espiritual, quando sua natureza alcança o que é mais importante para a vida espiritual; mas considera-se a perfeição relativa se ela for algo que apenas se acresce à vida espiritual. Pois bem, a perfeição da vida espiritual consiste principalmente a caridade: pois quem não a possui, tem espiritualmente a reputação de não ser nada: por isso o Apóstolo diz em 1 Cor 13, 2: *se tivesse o dom da profecia, o conhecimento de todos os mistérios e de toda a ciência, e se tivesse toda a fé, como para mover montes, mas se não tivesse a caridade, nada seria.* O Apóstolo São João também afirma que toda a vida espiritual consiste no amor, quando diz em I Jo 3, 14: *Nós sabemos que passamos da morte para a vida, porque amamos os irmãos. Aquele que não ama permanece na morte.* Assim, é absolutamente perfeito na vida espiritual quem é perfeito na caridade; mas pode-se dizer perfeito quem possui como perfeição qualquer outra coisa relativa à vida espiritual: o que pode ser claramente demonstrado pelos textos da Sagrada Escritura. O Apóstolo também atribui a perfeição da vida espiritual principalmente à perfeição da caridade em Cl 3, 14, quando depois de enumerar muitas virtudes como a misericórdia, bondade, humildade etc. acrescenta: *Mas sobre tudo isso, revesti-vos da caridade, que é o vínculo da perfeição.* Mas alguns são chamados perfeitos por razão do conhecimento

habeat perfectam scientiam, sine caritate nihil esse iudicetur. Sic etiam et perfectus aliquis dici potest et secundum patientiam, quae opus perfectum habet, ut Iacobus dicit, et secundum quascumque alias virtutes. Nec hoc debet mirum videri: quia etiam in malis aliquis dicitur esse perfectus, sicut dicitur aliquis perfectus fur aut latro: et hoc etiam modo loquendi interdum Scriptura utitur: dicitur enim Isai. XXXII, 6: *cor stulti faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem.*

intelectual. De fato, o Apóstolo diz em 1 Cor 14, 20: *quanto à malícia sejais como crianças; mas quanto ao modo de julgar, sejais adultos:* e em outro lugar na mesma carta diz (I, 10): *sede perfeitos no sentir e no pensar;* porque, como foi dito, qualquer pessoa que possua a ciência perfeita, sem a caridade, é tida como nada. Do mesmo modo, alguém também pode ser chamado perfeito com respeito à paciência, que produz obras perfeitas, como diz São Tiago (Tg 1, 4), e o mesmo acerca de quaisquer outras virtudes. Nem deve causar espanto se se disser que também, com relação ao mal, alguém pode ser perfeito como quando se diz que é um ladrão perfeito, um bandido perfeito; e a Escritura também usa este modo de falar, pois diz Isaías (Is 32, 6): *o coração do tolo comete a iniquidade com perfeita dissimulação.*

## Caput 2

### **Quod perfectio attenditur tam secundum dilectionem Dei quam secundum dilectionem proximi.**

Perfectione igitur circa caritatem principaliter considerata, plane accipi potest in quo perfectio spiritualis vitae consistat. Sunt enim duo praecepta caritatis: quorum unum pertinet ad dilectionem Dei, aliud ad dilectionem proximi. Quae quidem duo praecepta ordinem quendam ad invicem habent secundum ordinem caritatis. Nam id quod principaliter caritate diligendum est, est summum bonum, quod nos beatos facit, scilicet Deus; secundario vero diligendus ex caritate est proximus, qui nobis quodam sociali iure coniungitur in beatitudinis participatione: unde hoc est quod in proximo ex caritate debemus diligere, ut simul ad beatitudinem perveniamus. Hunc autem ordinem praeceptorum caritatis dominus in Evangelio Matth.

## Capítulo 2

### **A perfeição é alcançada tanto pelo amar a Deus quanto pelo amor ao próximo.**

Como pois a perfeição é considerada principalmente na caridade, já se pode claramente considerar em que consiste a perfeição da vida espiritual. Os preceitos da caridade são dois: dos quais um se refere ao amor a Deus e o outro o amor ao próximo. Estes dois preceitos guardam uma ordem entre si, conforme a ordem da caridade. Em primeiro lugar, aquilo que principalmente deve ser amado por caridade é o Sumo Bem, Deus, que nos torna santos; em segundo lugar, o próximo também deve ser amado por caridade, que se nos une por certo direito social, na participação da santidade; o que devemos amar por caridade no próximo é isto: que alcancemos juntos a santidade. Esta ordem entre os preceitos da caridade

XXII, 37, ostendit dicens: *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Primo ergo et principaliter consistit spiritualis vitae perfectio in dilectione Dei: unde dominus ad Abraham loquens dicit, Gen. XVII 1: *ego Deus omnipotens; ambula coram me, et esto perfectus.* Ambulatur autem coram Deo non passibus corporis, sed affectibus mentis. Secundario vero consistit spiritualis vitae perfectio in proximi dilectione: unde dominus cum dixisset Matth. V, 44: *diligite inimicos vestros, et plura subiunxisset quae ad dilectionem proximi pertinent, concludit in fine: estote ergo perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est.*

o Senhor demonstrou quando disse no Evangelho (Mt 22, 37): *Amarás ao Senhor teu Deus de todo o teu coração, de toda a tua alma e de todo o teu espírito. Esse é o maior e o primeiro mandamento. O segundo é semelhante a esse: Amarás o teu próximo como a ti mesmo.* Portanto, a perfeição da vida espiritual consiste primeiro e principalmente em amar a Deus; por isso o Senhor disse a Abraão em Gn 17, 1: *Eu sou Deus Todo poderoso; anda na minha presença e sê perfeito.* Mas não se anda na presença de Deus com passos do corpo, mas com os afetos da mente. A perfeição da vida espiritual consiste secundariamente em amar ao próximo: por isso o Senhor depois de dizer em Mt 5, 44: *amai os vossos inimigos, e acrescentar muitas outras coisas relativas ao amor ao próximo, conclui: deveis ser perfeitos como o vosso Pai celeste é perfeito.*

### Caput 3

#### **De perfectione divinae dilectionis, quae soli Deo convenit.**

In utraque autem dilectione multiplex perfectionis gradus invenitur. Et quantum ad dilectionem Dei pertinet, primus et summus perfectionis gradus divinae dilectionis convenit soli Deo. Qui quidem modus consideratur et ex parte diligibilis et ex parte diligentis: dico autem ex parte diligibilis, ut scilicet aliquid tantum diligatur quantum diligibile est. Ex parte vero diligentis, ut aliquid diligatur secundum totam facultatem diligentis. Cum autem unumquodque sit diligibile, secundum quod est bonum: bonitas Dei cum sit infinita, infinite diligibilis est. Infinite autem diligere nulla creatura potest, quia nullius virtutis finitae potest esse actus infinitus. Solus ergo Deus, cuius est

### Capítulo 3

#### **Sobre a perfeição da caridade divina, que só convém a Deus.**

Em ambos os modos de caridade encontram-se muitos graus de perfeição. E quanto à caridade que convém a Deus, o primeiro e sumo grau de perfeição da caridade divina só convém a Deus. Considera-se este modo quem o analisa por parte do que é amado e por parte de quem ama: digo que por parte do que é amado, quanto mais se ama algo, tanto mais se torna amável. Da parte de quem ama, algo é amado segundo toda a faculdade de quem ama. Dado que cada coisa deve ser amada, conforme o que é bom e porque a Bondade de Deus é infinita, segue-se que Deus deve ser amado infinitamente. Mas nenhuma criatura pode amar infinitamente, pois nenhuma virtude

tanta virtus in diligendo quanta est bonitas eius, se ipsum perfecte diligere potest secundum primum perfectionis modum.

#### Caput 4

##### **De perfectione divinae dilectionis, quae convenit comprehensoribus.**

Creaturae igitur rationali hic solus modus perfecte Deum diligendi possibilis est qui sumitur ex parte diligentis: ut scilicet secundum totam suam virtutem creatura rationalis diligat Deum: unde et in ipso divinae dilectionis praecepto hoc manifeste exprimitur. Dicitur enim Deut. VI, 5: *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua*; sed Luc. X, 27, additur: *et ex omni mente tua*: ut cor referatur ad intentionem, mens ad cognitionem, anima ad affectionem, fortitudo ad executionem. Haec enim omnia in Dei dilectione sunt expendenda. Considerandum est autem, quod hoc dupliciter impleri contingit. Cum enim totum et perfectum sit cui nihil deest, ex toto corde et anima, fortitudine et mente Deus diligetur, si nihil in his omnibus nobis desit quin totum actualiter convertatur in Deum. Sed hic perfectae dilectionis modus non est viatorum, sed comprehensorum. Unde apostolus ad Philip. III, 12, dicit: *non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim; sequor autem si quo modo comprehendam*; quasi tunc perfectionem expectans, cum ad comprehensionem pervenerit, beatitudinis palmam accipiens. Comprehensionem autem accipit non secundum quod importat inclusionem aut terminationem comprehensi, sic enim Deus incomprehensibilis est omni

finita pode produzir um ato infinito. Portanto, só Deus, cuja virtude de amar é a Sua própria Bondade, pode amar-Se a Si mesmo por uma caridade perfeita, conforme o primeiro modo de perfeição.

#### Capítulo 4

##### **Sobre a perfeição da caridade divina que convém aos santos.**

Segue-se que para a criatura racional, o único modo possível de amar a Deus perfeitamente se tem por parte de quem ama: enquanto a criatura racional ama a Deus, segundo todas as suas forças; tal como claramente se expressa no próprio preceito da caridade divina. Diz-se em Dt 6, 5: *amarás o Senhro teu Deus com todo o teu coração, com toda a tua alma e com toda a tua força*; mas acrescenta-se em Lc 10, 27: *com toda a tua mente*, enquanto coração faz referência à intenção, a mente ao conhecimento, a alma ao afeto e a força à ação. Tudo isso deve ser posto a serviço do amor de Deus. Deve-se considerar que isto pode ser cumprido de duas maneiras. Dado que todo e perfeito sejam aquilo aos quais nada falte, Deus será amado de todo o coração, alma, força e mente, se todas estas coisas não faltarem em nós, enquanto todas sejam atualmente convertidas para amar a Deus. Mas este modo de amor perfeito não compete a nós que estamos a caminho da santidade, mas aos santos. Por isso o Apóstolo diz em Fl 3, 12: *não que eu já o tenha alcançado ou que já seja perfeito; mas prossigo para ver se o alcanço*; ele fala como quem aguarda a perfeição, para o momento em que recebida a palma da santidade, chegue a ser santo. A santidade alcançada não se dá no sentido de que inclua ou esgote a santidade, pois a santidade

creaturae; sed secundum quod comprehensio importat consecutionem eius quod aliquis insequendo quaesivit. In illa enim caelesti beatitudine semper actualiter intellectus et voluntas creaturae rationalis in Deum fertur, cum in divina fruitione illa beatitudo consistat. Beatitudo autem non est in habitu, sed in actu. Et quia Deo creatura rationalis inhaerebit tanquam ultimo fini, qui est veritas summa; in finem autem ultimum omnia per intentionem referuntur, et secundum regulam ultimi finis omnia exequenda disponuntur; consequens est quod in illa beatitudinis perfectione creatura rationalis diligit Deum ex toto corde, dum tota eius intentio feretur in Deum ex omnibus quae cogitat, amat, aut agit; ex tota mente, dum semper actualiter mens eius feretur in Deum, ipsum semper videns, et omnia in ipso et secundum eius veritatem de omnibus iudicans; ex tota anima, dum tota affectio eius ad Deum diligendum feretur continue, et propter ipsum omnia diligentur; ex tota fortitudine vel ex omnibus viribus, dum omnium exteriorum actuum ratio erit Dei dilectio. Hic est ergo secundus perfectae dilectionis divinae modus, qui est beatorum.

de Deus, como ela é em si mesma, é absolutamente inatingível pelas criaturas; mas no sentido de que alguém tendo prosseguido a alcançou. Na felicidade celeste o intelecto e a vontade das criaturas racionais sempre se dirigem atualmente para Deus, pois aquela felicidade consiste precisamente no gozo da presença divina. A santidade, porém, não é em hábito, mas em ato. E porque a criatura racional busca a Deus como o seu fim último, que é a verdade suprema; a orientação de todas as criaturas para o seu fim último se dá pela intenção e pela tomada da regra do fim último que dispõe o modo como todas as criaturas devem dirigir-se para ele; por conseguinte, na perfeição da santidade, a criatura racional deverá amar a Deus com todo o coração, enquanto toda a sua intenção se dirija a Deus, seja mediante tudo o que pense, ame ou faça; com toda a mente, quando ela sempre dirija atualmente a mente para Deus, procurando sempre contemplá-Lo e considerar todas as coisas segundo a Sua verdade; com toda a sua alma, quando dirigir a totalidade de suas paixões continuamente para Deus, amando todas as demais coisas por causa deste amor; com toda a sua força ou com todas as capacidades, quando todos os atos exteriores forem em razão do amor a Deus. Este é, portanto, o segundo modo do perfeito amor a Deus, próprio dos santos.

## Caput 5

### **De perfectione divinae dilectionis, quae in statu huius viae est de necessitate salutis.**

Alio vero modo ex toto corde, mente, anima et fortitudine Deum diligimus si nihil nobis desit ad divinam

## Capítulo 5

### **A perfeição da caridade divina, que é necessária para a salvação, neste estado da vida presente.**

Há outro modo de amar a Deus com todo o coração, com toda a mente, com toda a alma e com todas as forças

dilectionem, quod actu vel habitu in Deum non referamus; et haec divinae dilectionis perfectio datur homini in praecepto. Primo quidem ut homo omnia in Deum referat sicut in finem, sicut apostolus dicit I Cor. X, 31: *sive manducatis sive bibitis vel aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite*: quod quidem impletur cum aliquis vitam suam ad Dei servitium ordinat, et per consequens omnia quae propter se ipsum agit, virtualiter ordinantur in Deum, nisi sint talia quae a Deo abducant, sicut peccata: et sic Deum diligit homo ex toto corde. Secundo, ut intellectum suum homo Deo subiiciat, ea credens quae divinitus traduntur, secundum illud apostoli II Cor. X, 5: *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*: et sic Deus diligitur ex tota mente. Tertio, ut quaecumque homo amat, in Deo amet, et universaliter omnem suam affectionem ad Dei dilectionem referat: unde apostolus dicebat in II ad Cor. V 13 - 14: *sive mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis; caritas enim Christi urget nos*: et sic Deus ex tota anima diligitur. Quarto, ut omnia exteriora nostra, verba et opera ex divina caritate deriventur, secundum illud apostoli I ad Cor. ult. 14: *omnia vestra in caritate fiant*; et sic Deus ex tota fortitudine diligitur. Hic est ergo tertius perfectae divinae dilectionis modus, ad quem omnes ex necessitate praecepti obligantur. Secundus vero modus nulli est possibilis in hac vita, nisi simul fuerit viator et comprehensor, ut dominus Iesus Christus.

e consiste que não haja em nós nada que não se refira atual ou habitualmente ao amor de Deus; e esta perfeição da caridade divina dada ao homem no preceito é a requerida. Requer-se, em primeiro lugar, que o homem oriente tudo a Deus como a seu fim, como diz o Apóstolo em 1 Cor 10, 31: *quer comais, quer bebais, quer façais qualquer outra coisa, fazei tudo para a glória de Deus*; o que se cumpre quando alguém orienta a sua vida para o serviço de Deus e, por conseguinte, tudo que faça para o seu próprio bem, orienta-se virtualmente para Deus, exceto se forem coisas que se afastem de Deus, como os pecados; e assim o homem ama a Deus com todo o seu coração. Requer-se, em segundo lugar, que o homem submeta a Deus o seu intelecto, como diz o Apóstolo em 2 Cor 10, 5: *tornamos cativos todo pensamento para levá-lo a obedecer a Cristo*; e, deste modo, amará a Deus com toda a sua mente. Requer-se, em terceiro lugar, que tudo quanto o homem ame, o ame em Deus e que oriente completamente todas as suas paixões para amar a Deus: por isso disse o Apóstolo em 2 Cor 5, 13-14: *Se nos excedermos na mente, seja por Deus; se somos sóbrios, seja por vós; pois nos urge a caridade de Cristo*; e, assim, deve-se amar a Deus com toda a alma. Requer-se, em quarto lugar, que todas as nossas coisas exteriores, palavras e ações, derivem da caridade divina, conforme o que ensina o Apóstolo em 1 Cor 16, 14: *Fazei tudo na caridade*; e, assim, amarás a Deus com toda a sua força. Este é, portanto, o terceiro modo de amar a Deus em perfeição, ao qual todos necessariamente estamos obrigados pelo preceito. O segundo modo não é possível nesta vida, exceto se simultaneamente fosse *viator* e santo, como o Senhor Jesus Cristo.